

canonum concessę noluisse efficaciter derogare. Et in Glossa. Gregorij. 13. proprius Motus non fuit promulgatus, nec usu receptus, ut refert Nauarro, in vlti. edit. anni. 84. capit. 27. fin. quamuis istius reuocationis interdum mentionem facit, ut capit. 21. num. 5. fin. cap. 25. numero, 68. & edit. vlt. cap. 27. num. 179. Hęc ille. Et in eandem sententiam allegat Felicianum & Pasarelum Generalem Minimorum, lib. de Priuilegijs Minimorum. fol. 133. & 169. In eadem est sententia Doctissimus Pater Magister Alphonsus à Veracrucē in Compendio Indico & multis in locis, ut postea videbimus verb. Reges Catholici in expositione indulti Pij. 5. concessi ad instantiã Regis Philippi. 2. Ecce quid Doctissimi viri sentiant circa hanc difficultatē. Pro qua etiã videãtur quę supra diximus ver. Absolue re & Absolutio. §. 43. fol. 162. & fol. 163. Et in fra ver. Cõcil. Prouinciale. in Resolut. Priuilegiorum. Medicantium. nu. 28. Et Manualia Vallisoleti excussa anno Domini. 1589. non habent ad finem Gregorij. 13. constitutionem [eam fortasse ob causam quam assignat Nauarro] quia non exiit neque publicata est.